¶ De peste pulcr[e] collecta ex dictis Burhardi de Bolo

Ad honorem sancte et individue trinitatis virginis gloriose et ad utilitatem
publicam volo aliqua de pestilenciali febre que nos frequentius invadit
Et quia pauca antiqui per experienciam ab eis habuerunt pauca dicere
potuerunt ¶ Videatur ergo de causis unde sciendum quod pestilencia quandoque
venit a radice inferiori solum, quandoque venit a radice superiori solum, ita quod
sensibiliter nobis non appareat immutacio in aere et quandoque venit ab
utroque ¶ A radice inferiori venit solum ut nos videmus ex latrina
ipse camera vel ex aliqua alia re corrumpente aere in substancia et qualitate
et est particularis Et ista potest accidere omni die et inde potest provenire febris
pestilencialis et multi sunt decepti non credentes talem febrem esse pestilen
cialem et ideo sciunt male curare eam Quandoque etiam venit pestilencia a
re inferiori multum magna tunc etiam potest dici pestilencia solum ut accidit
ex cadaveribus mortuorum ut post bella et ex corrupcione stagnorum
et similium et ista potest frequenter accidere ut apparet in sardinia et locis corrupt
¶ ¶ Quandoque autem venit pestilencia a radice superiori ~~multum magna tunc etiam potest~~
~~dici pestilencia~~ solum quantum ad nostram apparenciam quod nos videmus aerem corrumpi
sed a virtute celesti humores et spiritus corrumpuntur in animali Et de ista dicit A
vicenna libro iiii^o et ex forma celi et in ista pestilencia quandoque citius leduntur
corpora que existunt in bono aere quam que existunt in malo aere ut nos vi
demus incarceratos nichil pati et habitantes iuxta stagna et habitantes
in montibus moriebantur Et de ista dicitur in libello de retardanda senectute
quod pestilencia bentorum non transit ad venabilia non etc. Et sic videmus
quod quandoque homines moriuntur et alia animalia non quandoque boves et alia animalia non
et quandoque aves vel porci etc. Et in ista pre ceteris bonum fugere longe Quandoque
autem venit pestilencia ab utroque scilicet a radice superiori et inferiori vel impressio
celestis corrupit aerem et manifeste et tunc humores et spiritus corrumpuntur
Et ab inferiori et superiori et sic causantur morbi in corpore et tales morbi
quandoque sunt febres pestilenciales sole quandoque apostema sola quandoque apostema et sequuntur febres quandoque
febres et sequuntur apostema Veruntamen quod apostema ut plurimum ut fiunt in emunc
toriis membrorum principalium quod materia venenosa magis membra principalia
invadit Febris autem pestilencialis semper est continua et humoralis putrida et
bene potest acerbari ¶ Differencia autem sunt inpossibiles aliis febres putridas est quod in pesti
lencia febrium putridarum venientes ad cor de primo materia sunt magis venenose iste
quod aer inspiratus est venenosus et corruptus et debet cor iuvare et nocet
et cor a virtute celesti leditur et sic materia multiplicatur aggravatur primo in tantum
quod non percipit suam lesionem et ideo apparet bene vivere et bene digerere
et paciens tendit ad mortem et multi medici male viderunt istud sed ignor
runt superficialiter dimittentes medullam ¶ Signa sunt tradita superius causis
Et per signa aliarum febrium etc. Si moveant dominum vel homines primas quasi
omnes moriuntur et alii non vel in ista villa vel domo et alia non etc.

buglossa
mellissa
camomilla
mellilotum
vel Versslabz
fraven
schintey

Due anodina vel spata resolutiva que non excedunt in qualitatibus

medicina

Arnoldi de villanova

vel ubi corrupcio et ... sunt interius ... tates